

motum. Et sic nunc quod est substantia temporis dicitur
 proprie instans: quasi non stans sed nunc quod est termi-
 nus temporis retinet proprie hoc nomen nunc. Aliquid
 dicitur esse in tempore quatuor modis. Primo sicut accidens
 in subiecto / et sic passiones temporis sunt in tempore: ut lon-
 gum: breue / multum / paucum. Secundo sicut illud quod est
 substantia temporis: et sic nunc fluens est in tempore. Tertio
 sicut terminans in terminato / et sic nunc signatum est in
 tempore. Quarto modo / sicut in numero vel mensura: et
 hoc fit duobus modis. scilicet absolute et per comparationem.
 Absolute et hoc duobus modis. scilicet per prius et per posterius:
 per prius est in tempore: sicut motus et mobile in quantum
 est in motu / per posterius ut quies quiescens / per prius
 adhuc dupliciter dicitur: vel enim a toto tempore dicitur me-
 surari: ut motus celi: vel a parte temporis mensurari: ut
 motus particularis. Per comparationem dicitur esse in tem-
 pore: ut deus et intelligentie prout comparantur ad res tempo-
 rales. Differentie temporis sunt tres: scilicet / presens / prete-
 ritum / et futurum. Preteritum est tempus quod fuit et non
 est: Presens est quod est finis preteriti et initium futuri
 et instanti ad instans. Et futurum tempus est quod non est sed
 erit. Item nota tempus est magis causa corruptionis quam
 generationis: propter mutationem corporum naturalium

Aliqd esse i tpe
 regre. 4. 11bi.
 in tex. com. 1150

1

2

3

4

Preteritū

Presens.

Futurū.

4. 11bi. in tex.
com. 117.